

## Angers 8 (lat)

### INCIPIIT CONCAMIUS

In Dei nomen placuit atque convenit inter **illus** et **illus**, ut inter se <sup>1</sup> campellus conmutare deberunt. Quod ita et fecerunt. Hoc dedit **illi** ad racione **illo** campo ferente modius **tantus** et est super terreturio sancti **illius** et subiungat de unus latus campus **illius**. Similiter in alio loco dedit **illi** super ipso terreturio ad racione **illo** campello ferente modius **tantus** et subiungat de uno latere campus **illius**, ,ut quicquid exinde facere volueritis<sup>a</sup> absque preiudicium sancti **illus**,<sup>b</sup> cuius terra esse videtur, liberam in omnibus habeas potestatem<sup>c</sup>. Si fuerit unus<sup>c</sup> quis qui contra pare suo agere aut resultare presumpserit, partem quod accepit, ad pare suo admittit et insuper multa legis damnum incurrit et haec epistola[s] unitenorum conscriptas, quem inter nus fieri rogavimus, <sup>2</sup> firmas permaneant.

<sup>a</sup>volueritis] für voluerit *Fu*,<sup>2</sup> vgl. *Angers 2 und 3*: quicquid ... facere volueritis

<sup>b</sup>illus] illius *Ze*

<sup>c</sup>unus quis] unusquis *Ze*

<sup>1</sup>[fol. 142<sup>v</sup>]

<sup>2</sup>[fol. 143<sup>r</sup>]

